Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



qz uocauit. Et factus est pauor in
omnibus. et colloquebantur ad
inuicem dicentes. Quod est hoc
uerbum. quia in potestate et iur
te imperat in immundis spiritib;
et exeunt. Et diuulgabatur fa
ma de illo in omnem locum regi
onis. Surgens autem iesus de
synagoga. introuiit in domum sy
monis. Socrus autem symonis tene
batur magnis febribus. et rogā
uerunt illum pro ea. Et stans sr
illam imperauit febri. et dimisit illa
Et continuo surgens ministrabat
illis. Cum autem sol occidisset. omnes
qui habebant infirmos uarius la
guoribus ducebant illos ad eum
At ille singulis manus imponens
curabat eos. Exibant autem demo
nia clamantia. et dicenti
quia tu es filius dei. Et increpās
eos non sinebant illos loqui. quia
sciebant ipsum esse cristum. facta
autem die. egressus ibat in desertum
locum. et turbe requirebant eum
et uenerunt usq; ad ipsum. et re
nebant illum ne discederet ab eis
Quibus ille ait. Quia et aliis ciui
tatibus oportet me euangelizare
regnum dei. quia ideo missus sum.
Et erat predicans in synagogis
galylee.

V

Factum est autem cum turbe
irruerent in eum. ut au
dirent uerbum dei. et ipse
stabat secus stagnum genezare
et. et uidit duas naues stantes se
cus stagnum. Piscatores autem
descenderant et lauabant rete
sua. Ascendens autem in unam
nauim que erat symonis rogauit
eum a terra reducere pusillum. et
sedens docebat de nauicula turbas
Vt cessauit autem loqui dixit ad
symonem. Duc in altum. et laxa
te rete uestra in capturam. Et
respondens symon dixit illi. Pre
ceptor per totam noctem laborantes
nichil cepimus in uerbo autem tuo
laxabo rete. Et cum hoc fecissent
concluserunt piscium multitu
dinem copiosam. Rumpebatur
autem rete eorum. et innuerunt socis
qui erant in alia naui ut uenirent
et adiuuarent eos. Et uenerunt
et impleuerunt ambas naui
las ita ut pene mergerentur. Qz
cum uidisset symon petrus pro
cidit ad genua iesu dicens. exi
a me quia homo peccator sum do
mine. Stupor enim circumdederat
eum. et omnes qui cum illo erant
in capitura piscium quam cepant
Similiter autem. Iacobum et ioha
nem filios zebedei. qui erant socii
symonis. Et ait ad symonem
iesus. noli timere ex hoc iam
eris homines capiens. Et subduc
tis ad terram nauibus relictis om
nibus secuti sunt eum. Et factum
est cum esset in una ciuitatum
et ecce uir plenus lepra uidens
iesum. et procidens in faciem ro
gauit eum dicens. Domine si uis
potes me mundare. Et exten
dens manum tetigit illum dicens.